Approbatio Licentiati BERNARDI DE LUAZES *Senatoris in Regio Tribunali Galleciæ digniſſimi.*

TRACTATUM de Regia Protectione vi oppreſſorum appellantium à cauſis & Judicibus Eccleſiaſticis Auctore D. FRANCISCO SALGADO DE SOMOZA, ex commiſſione Domini, atque Domini Didaci Vela, Vicarii generalis Sereniſſimi Fernandi Infantis Archiepiſcopi Toletani, perlegi & examinavi, nihil in eo Catholicæ fidei, Romanæve Eccleſiæ, nec bonis moribus contrarium; quinimo multa eruditionis & doctrinæ plena, valdè utilia & neceſſaria, omnibúſque tribunalibus profutura inveni. Ideò non ſolùm typis poſſe, ſed etiam debere mandari cenſeo.

Licentiatus Bernardus de Luazes.

HE hecho ver el libro contenido en eſta certificacion, no tiene coſa contra la fe y buenas coſtumbres; y por lo que a mi me toca ſe pued imprimir. En Madrid a 21. de Junio 1623. años.

Don Diego de Vela.

Approbatio inſignis doctiſſimi, necnon nobiliſſimi D. DIDACI GONZALES DE CUENCA ET CONTRERAS, *digniſſimi Senatoris in Supremo Indiarum Conſilio Catholici Regis* PHILIPPI IV.

HE viſto por commiſſion del Conſejo el libro *de Regia Protectione vi oppreſſorum appellantium à cauſis & Judicibus Eccleſiaſticis*, que preſentò pidiendo licencia para imprimirle el Lic. D. FRANCISCO SALGADO DE SOMOZA, y no hallo coſa, que impida el darle la licencia, antes ſegun mi parecer ſe le deve dar, porque el libro es muy util, ſi la materia eſta muy exacta, docta, ſi agudamente tratada, de ſuerte que promete conoſcido fructo, y aſegura mejor, y mas plena intelligencia en ella. En Madrid a 2. de Noviembre de 1633.

Licenciado Don Diego Gonzales de Cuenca y Contreras.

IMPRIMENDI FACULTAS.

JOANNES Claudius Deville, in ſacra Theologia Magiſter, in Eccleſia S. Crucis Cuſtos, DD. Alphonſi Ludovici du Pleſſis de Richelieu, Eminentiſſimi Cardinalis, ac Reverendiſſimi Archiepiſcopi Lugdunenſis pro-Vicarius generalis: Librum inſcriptum, *Tractatus de Regia protectio vi oppreſſorum Appellantium à cauſis & Judicibus Eccleſiaſticis*, Auctore D. FRANCISCO SALGADO DE SOMOZA, ante in duos Tomos diviſum, nunc verò in unum corpus compactum, in lucem edi facultatem concedimus. Lugduni die 2. Novembris 1646.

DEVILLE.

CONSENSUS.

LIbrum hunc inſcriptum, *Salgado de Regia Protectione, &c.* Auctore FRANCISCO SALGADO, typis mandari, & in lucem edi ſumptibus LAURENTII ANISSON, Bibliopolæ Lugdunenſis, Ego Regis Conſiliarius & Procurator in Lugdunenſi Præfectura, non impedio. Lugduni die 6. Novembris 1646.

LORIN.

PERMISSIO.

LIbrum qui inſcribitur, *Salgado de Regia Protectione*, à LAURENTIO ANISSON, typis mandari permittimus, ac ſimul, ne quis citra factam ei poteſtatem denuò excudat, interdicimus. Lugduni die 6. Novembris 1646.

SEVE.

TRACTATUS

TRACTATUS DE REGIA PROTECTIONE VI OPPRESSIONE APPELLANTIUM.

EPILOGUS PROOEMIALIS.

CUM protectio, & ſubditorum defenſio cum ipſo ſit ſimul Regno ab origine orta, ita ut Regni objectum ſit, & cauſa finalis *a*: Regnum ſiquidem propter protectionem vi oppreſſorum, non protectio propter Regnum, aut Regem creatum eſt à Rege Regum & Domino dominantium Deo: ab ipſóque ſupremis Principibus temporalibus ita ſit datum *b*: efficit, ut Vaſſallorum defenſio providè meritóque proprium Regis officium dicatur *c*, attributum naturale inhærens viſceribus regiminis, & qualitas infixa oſſibus, ac ſubſtantiæ diadematis, ita ut regimen, & protectio unum ſit effectum continens, indiſſolubile, & inſeparabile, quæ nec à Rege tolli poſſunt, nec à regimine (cujus eſt anima) ſeparari, niſi ſimul & cum Regno eradicetur *d*; quia de regalibus eſt in ſignum competens ſupremæ poteſtatis, quam ſequitur ſicut umbra corpus, & qualitas ſubjectum *e*, quam Protectionem omni jure, naturali *f*, divino *g*, & poſitivo, tam Canonico, quàm Civili *h*, Rex ſupremus exhibere adſtringitur vaſſallis oppreſſis, non ſolùm laicis, ſed multò fortius Eccleſiaſticis perſonis *i*, tum tanquam Dei Miniſtris, & majori defenſione indigentibus, non utentibus materialibus armis, ſed ſpiritualibus tantùm; nempe, lacrymis, jejuniis, orationibus, carniſque maceratione, & ſui ipſorum abnegationem, nec non modeſtiam & charitatem profitentibus: tum etiam, quia ſunt pars populi, membra, & cives Reipublicæ temporalis in ordine ad defenſionem, & protectionem naturalem *k*, cujus privilegiis gaudent, & ut tales tenentur ad obſervantiam legis politicæ concernentis bonum publicum, ut univerſam laicorum ſimul, & Clericorum utilitatem ſeu conſervationem, non vi compulſiva, ſed vi directiva dumtaxat *l*, ad quorum defenſionem, & protectionem ex debito officii & merito charitatis *m*, & omni jure tenetur Rex, cujus manus murus eſt Eccleſiæ *n*, pax Clericorum, ſalus populi, vita vaſſallorum, caput ſubditorum, tutor Reipublicæ, & præſidium Chriſtianæ Religionis *o*: ad ipſum igitur omnes promiſcuè, tam Clerici, quàm Laïci neceſſitate adſtricti, & vi oppreſſi pro auxilio, & defenſione naturali meritò confugiunt *p*, ut propulſetur tollatúrque & levetur violentia ſibi illata à judice Eccleſiaſtico, denegante legitimæ appellationi delationem, ſuamque ſententiam indebitè, & jure reluctante exequente, ſuis bonis ſpoliante appellantem, carceréque, & cenſuris iniquè plectente; uſurpando ſuperioris juriſdictionem, & privando oppreſſum naturali defenſione ne poſſit ad ſuperiorem recurrere pro medela ſuæ iniquitatis, & injuſtitiæ *q*; quia quemadmodum ipſi appellanti omni jure præcipuè naturali ſit permiſſum, ac licitum propulſare violentiam, & reſiſtere judici exequi volenti violenter & de facto contra jus ſententiam *r*: multò fortiùs ſibi licitum erit, imò urbaniùs faciet ad Principem Supremum recurrere *ſ*: qui abſque ullo ſcandalo violentiæ reſiſtat, præſtet auxilium & defenſionem naturam, cujus proprium officium eſt; ex hoc enim recurſu ad Regem nullatenus infringitur libertas Eccleſiaſtica prout nec indirectè in minimo diminuitur, nec impeditur Eccleſiaſtica juriſdictio, ſed imò potiùs augetur, & ampliatur *t*, cùm finis hujus charitativi ſubſidii, & Regii recurſus in totum directè tendat, ac etiam præcipuè in ejus conſervationem, utilitatem & authorita-

a *Dixi latè c. 1. hac p. 1. à n. 44. & à n. 53. 95. & c. 2. à n. 26. cũ ſeqq.*
b *c. 1. præludio 1. à n. 40. uſque ad fin. præludii.*
c *à n. 92. in d. c. 1.*
d *d. c. 1. à n. 53. & ſub n. 87. & n. 97. & à n. 310. & c. 2. à n. 37. cum pluribus ſeq. & ſupr.*
e *c. 1. n. 97. & c. 2. à n. 32. & ſurſum.*
f *Agitur in d. c. 1. à n. 78. prælud. 3. per totum, & præcipuè à n. 79. & 88.*
g *à n. 99. cum ſeqq. ibid.*
h *d. c. 1. à n. 96. n. plurib. ſeq.*
i *d. c. 1. prælud. 2. à n. 57. & à n. 70.*
k *d. c. 1. à n. 58. cum aliis plurib. in d. præludio 2.*
l *latè diximus d. c. 1. à n. 59. uſque ad n. 60.*
m *à n. 95. ibid. & n. 84. & 88.*
n *d. cap. 1. à n. 70. & 75.*
o *De omnibus iis attributis latè in d. c. 1. prælud. 2. à n. 70. uſq; ad 77.*
p *Diſputatur in cap. 2. à n. 6.*
q *latè præludio 4. d. c. 1. à n. 181. & ſeqq. & de ſupradictis prælud. 3. n. 84. & ſuprà.*

tem, debitus ſuperiori Eccleſiaſtico honor deferatur: ne vilipendatur ex impedimento curſus negotiorum ad Sedem Apoſtolicam, utque omnia conſerventur in eodem ſtatu, quo reperiuntur tempore prolatæ ſententiæ (appellatione legitima pendente, & juriſdictione judicis ſuſpenſa) ne pax publica turbetur, & bonum publicum detrimentum patiatur. Ex quo colligitur, quod ipſe judex Eccleſiaſticus eſt qui juriſdictionẽ impedit *a*, vilipendit, atque infringit juriſdictionem Eccleſiaſticam, qui cùm ſuam habeat ſuſpenſam, velit ſuperioris uſurpare, eáque abutendo ulteriùs contra omnia juris canonici & Sanctorum Patrum decreta, necnon œconomica concilia attentare, vi opprimendo; ad hoc enim exhibendum regium auxilium, & præbendam protectionem vi oppreſſo Rex nullatenus aliquo utitur veſtigio, ſeu umbra juriſdictionis *b*, ſed ſub meris limitibus defenſionis naturalis continetur; nihil enim in hujuſmodi cognitione reperietur juriſdictionale, quia eſt nuda poteſtas, naturalis defenſio, auxilium politicum, œconomica tuitio, permiſſa facultas, & licita vis; charitativa protectio, propugnaculum violentiæ, aſylum vi oppreſſorum, tutus acceſſus, legitimus recurſus, vis protectiva, ac propulſiva, qua vis injuſta à Principe Supremo propulſatur, atque repellitur *c*; cujus proprium officium eſt, vi oppreſſos liberare, de facto quidem nullo juris, ſed judicii ordine ſervato: ſed extradicialiter per rei evidentiam *d* cuncta celeriter expediuntur *e*, cùm Principes & ejus ſupremi Senatores non cognoſcant de juſtitia, aut injuſtitia gravaminis, & ſententiæ *f*, ſed dumtaxat de natura, & qualitate appellationis: an legitima ſit, & à jure permiſſa, talis, ut utrumq; retineat effectum devolutivum & ſuſpenſivum *g*, præſtétque judici impedimentum ulteriùs in cauſa procedendi, ad illúmq; dumtaxat finem, ut tollatur violentia facta ab ipſo judice violenter exequendo; & attentando *h*. Interimque dum recurritur ad ſuperiorem pro juris remedio, conquieſcat in cauſa, donec ſibi illam ulteriùs remittat *i*, vel aliter ſuperior de jure cenſeat, cui tota cognitio ſuper eadem cauſa tam circa legitimitatem, admiſſibilitatem, vel repulſionem appellationis, quàm ſuper juſtitia negotii principalis reſervatur *k*, nullo habito reſpectu ad decretum tribunalis Regii, directum inferiori, quo ſive dictum ſit, vim non fieri in exequendo, ſive aliter, quia tale decretum reſpectu ſuperioris nihil adſtringit *l*, cùm imò in ejus favorem potiùs latum ſit, ut liberè, & abſque inferioris impedimento, queat in cauſa procedere, & dumtaxat ad illum effectum celerrimam illam Senatus adhibet extrajudicialem cognitionem, (duraturam momento *m*) ex actorum originalium *n* (quæ geſta fuiſſe apparent ab Eccleſiaſtico) & non aliorum quorumlibet *o*, inſpectione, quamtumvis legitimorum, non enim tale decretum etiam illius articuli violentiæ reſpectu, facit inſtantiam, nec tranſit in rem judicatam, ſed retinet propriam naturam actus extrajudicialis, Aliter enim dicere, foret abſurdum, & attribuere juriſdictionem regio recurſui, qui nullo modo juriſdictionis aut judicii capax eſt, nec illa ullo modo indiget, nec ſubjecta materia illã patitur, nec ratione materiæ, nec ratione formæ *q*. Ratione materiæ, quoniam admiſſibilitas, vel non admiſſibilitas appellationis, quatenus tangit judicem à quo, eſt quid facti, cujus cognitio juriſdictione non eget, nec circa hoc declaratio inferioris parat partibus præjudicium, nec tranſit in rem judicatam, quominus judex ſuperior de appellatione cognoſcens, queat prout ſibi de jure viſum fuerit, revocare *r*; & ita de hoc decreto tribunalis judicandum eſt, quoad judicem ſuperiorem, ac ſi de facto ab ipſo geſtum ſit judice inferiori ceſſante recurſu & regio decreto, maximè cum ipſi faciendum ſemper remittat regius Senatus, ac inſuper quoniam repoſitionem attentati, & eorum, quæ geſta fuêre appellatione pendente, non eſt neceſſaria juriſdictio *ſ*, ſed factum ſufficit judicis attentantis, juriſdictione carentis, mediante legitima appellatione ab eo interjecta, tum etiam quia Principibus temporalibus Chriſtianis protectio Clericorum, & Eccleſiæ commendata eſt à Deo, Summiſque Pontificibus, & ſic non juriſdictio *t*, cui enim commendata eſt alicujus protectio, non intelligitur conceſſa juriſdictio in eum, ſed defenſio ab oppreſſionibus dumtaxat. Hæc ſiquidem poteſtas in tollenda vi conſideratur in Principe, ac in tutore, cui minor non ſubeſt juriſdictionaliter, ſed quoad defenſionem, protectionem nudam *u*, in Patre reſpectu filiorum, in Domino reſpectu famulorum, quorum eſt poteſtas abſque juriſdictione *x*. Ratione formæ etiam hæc cognitio per viam violentiæ dicitur extrajudicialis, & abſque veſtigio ſeu umbra juriſdictionis à ſui principio uſque ad ſui finem, etenim ad ſimplicem oppreſſi libellum querimonialem, non criminalem (quia nec in punitione, ſed nuda protectione, & naturali defenſione concludit *y*) permiſſum tam clerico, quàm laico *z*: expeditur proviſio ordinaria *aa*, quæ certè quædam monitio eſt directa judici, ut iterum cauſâ meliùs conſiderata, informetur de natura & qualitate appellationis, cui, legitimam ſi repererit, deferat, atque poſt eam, aut intra tempus ad appellandum geſta reponat *bb*, quod ſi ſecus putarit, proceſſum mittat originalem, integrum, & ſine diminutione *cc*, ex cujus

r *D.c.1. à n. 85.*
ſ *Ibidem à n. 90.*
t *Ibidem à n.149. & à n.239. & n. 306. & à n.354.*
u *à n.238. & 242*
a *Ibid. à n. 723.*
b *D.o.præludio 5. per totũ à n.193. cum ſequentibus uſque ad finem, & c.2. à principio cum pluribus numeris ſeqq. ubi multa ſcitu digniſſima.*
c *De iis recurſus cognominibus & qualitatibus c.2. num. 3.*
d *C.2. à num. 95.*
e *Prout clarè apparet ex modo procedendi appoſito in c.2. à principio, ubi ſæpè diximus à n. 121. n. 130. & 104.*
f *D.c.2. à n.104. & à n. 121. & à n. 180. cum ſeq.*
g *Ut in locis proximè citatis ad num. 180. & à num. 217.*
h *D.c.2. à n.186. cum ſeqq.*
i *N.198. & ſupr.*
k *à n. 183. & 188. & à n.190. uſque ad n. 198. & c. 8. à n. 38.*
l *Ibid. à n.194. & eadem 1.p.c.8. à n.41. & ſurſum.*
m *D.c. à n. 104. & ſeqq. & n. 91. & n.198. & ſupr.*
n *C.2. à n.95. cũ plurimis ſeqq.*
n *Ibid. à n. 120.*
p *Loco citato à n.191. & eadem 1.p.c.8. à n. 28. cum multis ſeqq.*
q *D. cap. 2. latè à num. 202.*
r *Cap.1. à n.211. cum multis ſeqq.*
ſ *D.c.1. à n.218. & c.2. à n.87. & latiùs 1.p. c.3. à n.10. uſq; ad n.23*
t *Exactè probatur in d. c.1. à n. 205. cum ſeqq.*
u *C. 1. à n. 203.*
x *C. 1. à n. 278. & ſuprà.*
y *D. c.2. à n.54. ſurſum.*

cujus inſpectione manifeſtè & notoriè detegitur violentia judicis, *a*, quia quod ex eo apparet, notoriè apparere dicitur *b*, hæc enim actorum exportatio cùm fiat ad Curiæ inſtructionem ad animique ſui motum informandum, jure dicitur extrajudicialis cognitio *c*, in qua nullius requiritur citatio *d*; quæ violentiæ probatio aliter deducenda non eſt, nec ullo pacto à Senatu Regio admittenda *e*, & eadem ordinaria intimatur parti non in vim citationis *f*, quia illum non arctat, nec cauſa citationem requirit *g*, quia nullius allegatio, exceptio, teſtiúmque repulſio admitti poteſt *h*; ſed utriuſque partis juſtificatio ex actis geſtis jam coram Eccleſiaſtico judice detegenda eſt, quod parte abſente rectè geri poteſt; ſed eſt quædam certioratio, & monitio extrajudicialis *i*, & privata, ut ille certus ſit de traductione, & exportatione proceſſus ad Curiam, ut ſui ſua putaverit intereſſe, poſſit (ſi velit) ad eandem Curiam coïre, *k* quæ certioratio, & monitio adeò extrajudicialis eſt, ut etiam à judice carente juriſdictione, & aliàs incapace reſpectu certiorati licitè geri poteſt *l*: proceſſúſque cum ad Senatum perveniat, ſtatim, & abſque aliqua dilatione inſpicitur, ex eóque certiorantur Senatores de natura, & qualitate appellationis, an habeat utrumque effectum, vel non *m*, (ſecundùm quæ nos accuratè per varias quæſtiones in diſcurſu hujus tractatus, ubi plus centum, & quinquaginta quæſtiones à nemine tactæ diſputantur) ex quo detegitur violentia, quia ſi appellatio ſuſpendat, ut legitima ejus juriſdictionem violenter exequitur, & attentat in procedendo; quare appellatio ipſa eſt præciſum, & neceſſarium principium ac fundamentum hujus Regii recurſus *n*, quia ubi deficit non poteſt cadere nec appellationis delatio, nec delationis negatio, nec attentata exequutio, & per conſequens deficit violentia, ſuper quibus fundatur, cujus mediante non aliter regia protectio invocatur, & auxilium exhibetur. Et licèt in exequutione, & attentato conſiſtat perfecta vis *o*; tamen ad hujuſmodi recurſum, regiam protectionem, & defenſionem naturalem invocandam, ſufficit timor ipſius exequutionis & attentati *p*, qui ſatis evidenter detegitur ex denegata delatione legitimæ appellationis, qui ex eo animi deliberatio cognoſcitur, quæ ſola facit licitam defenſionem & propulſionem violentiæ *q*, ſicque pars eſt, principium, & præparatio ad perfectam violentiam, & tandem proceſſu inſpecto multifariam decernunt Senatores, vel vim feciſſe, vel vim non feciſſe judicem Eccleſiaſticum, vel aliter ſecundùm ſtatum proceſſus, & quod ex eo juſtiùs queat colligi *r*, expeditur proviſio, quam judici Eccleſiaſtico intimatam ſtatim (prout jaceat) adimplere, & obedire tenetur cum effectu *ſ*, non verbaliter tantum *t*, aliàs expeditur oppreſſo ſecunda juſſio cum comminatione amiſſionis, originis & bonorum temporalium *u*, quæ comminatione & mulcta exequitur in eum; ſi ulteriùs protervus fuerit & inobediens *x*, cùm Eccleſiaſtici teneantur, omninò obtemperare mandatis Principium *y*. Quod ſi hujuſmodi pœnarum comminatio Principi permiſſa non fuiſſet: inutilis foret regii recurſus invocatio, quia raro aut nunquam deſiſteret judex à ſemel illata violentia *z*. Quare cùm ſit penitùs neceſſarium ad conſequendum permiſſum & ſalubrem finem hujus cognitionis & defenſionis naturalis; Principi per conſequens intelligitur conceſſa *aa*; tum quia ſecundum Philoſophum natura non debet eſſe deſtituta remediis ad ſui conſervationem *bb*, tum etiam quia Chriſtus verus Deus, cujus opera perfecta ſunt, imò & quilibet prudens gubernator, qui committit vices ſuas alicui, vel ſuam poteſtatem delegat; conſequenter dat poteſtatem ad omnia, quæ neceſſaria ſunt ad illum finem perfectè conſequendum *cc*. Hic inſuper regius recurſus, dum provenit ex viſceribus, origine & fonte perenni & incommutabili juris naturalis, duo vim vi repellere licet; quatenus eſt vera defenſio, & nuda protectio: ſi ſub limitibus legitimæ & naturalis defenſionis contineatur, atque cum moderamine inculpatæ tutelæ exerceatur *dd*; nec repugnat diſpoſitioni Conſilii Tridentini *ee*, nec Bullæ in Cœna Domini *ff*, imò ſervata forma miro modo inventa, ab urgenti neceſſitate, & eminenti periculo *gg*; ſtatim ut meum & tuum fuit inter homines introductum, & per immemorialem conſuetudinem *hh* mixtam Clericorum, & laïcorum à vi oppreſſis conſervatam *ii*. à pluribus Rotæ deciſionibus approbatus hic recurſus eſt, & licitè judicatus *kk*. Imò Martinus V. Pontifex Maximus anno ſui Pontificatus 12. expreſsè per Bullam declaravit ad inſtantiam Regis Francocum; hunc legitimum caſum protectionis cognitionis per viam violentiæ, eſſe præſervatum à Bullarum cenſuris, quibus innodantur judices ſæculares cognoſcentes de cauſis clericorum *ll*, ac inſuper præſervata intelligitur conſuetudo immemorialis *mm*, quæ ſuper hoc ſteterit; quia potiùs declarativa eſt juris naturalis, quàm novi juris in-

z *Ibid. latè à numero 46. ubi diſputatur.*
aa *Ibid. à n. 82. & ſeqq.*
bb *An. 89. ibid.*
cc *Exactè tractatur hac 1.p.c.2.§. 2. per totum, & c. 8. per totum.*
a *D.c.2. à n.95. cum pluribus ſeq.*
b *Ibid. à n.110. & 3.p.c.9. à principio & per plures columnas.*
c *c.1.præludio 5. fundamento 4. à n. 215. & c. 2. à n. 137.*
d *Latè d. c. 2. à n. 137. & ſeqq.*
e *Ibid. à n. 110. cum ſeqq. & ſupr. & 1.p.c.3. à n.29. cum multis ſeqq.*
f *C. 2. à n. 129. & ſeqq.*
g *Ibid. à n. 139. & ſurſum.*
h *D. c.2. n.140.*
i *D.c.2. à n.119. cum ſeqq.*
k *Ibid. à n.133.*
l *Ibid. à n. 131.*
m *D.c.2. à num. 180. & ſeqq.*
n *Ib. à n.64. cum aliis pluribus.*
o *Latè tract. in 1.p.c. 6. à pr. & præcipuè à n. 11.*
p *D.c.6. à n.12. cum multis ſeqq. & c. 1. n. 191.*
q *Diximus in d. c.6. à n.17. & ſeq.*
r *Decretorum formulæ, quibus juxta caſuum varietatem utitur Senatus plenè & fideliter ſunt deſcriptæ in d. c.2. à n.199. uſque ad n. 230. & inferiùs.*
ſ *D.c.2. à n.263. & ſeqq.*
t *Latiſſimè hac 1. p. c. 2. §. 1. per totum.*
u *C. 2. à n. 63. cum multis ſeqq.*
x *Dixi exactè d. c. 2. à n. 273. & ſeqq.*
y *Ibid. à n. 267.*
z *Ibid. à n. 285. cum multis ſeqq.*

aa *Eodem c.2. à n.289. ubi latè probatur.* bb *à n.279.* cc *Ibid. à n.293. & ad propoſitũ multa ſuperiùs & infrà per multos numeros.* dd *c.1. à n.243. cũ multis ſeqq. & c.2. à n.6. cũ aliis & à n.285.* ee *De quo c.1. à n.28. cui reſpondetur ibi à n.222. cum ſeqq.* ff. *De qua d.c.1. n.30. cui ſatisfit à n. 232. & à n. 309. & c.2. à n.280.* gg *c.2. à n.19.* hh *c.1. à n.121. cum multis ſeqq. &*